

Louis X,  
 dit le Hutin,  
 à Paris,  
 en Décembre  
 1314.

(a) Lettres de Louis X, par lesquelles il ordonne que Turny  
 qui ressortissoit précédemment à la Prévôté de Saint-Florentin,  
 ressortira dorénavant au Bailliage de Sens.

**LUDOVICUS**, Dei gratiâ Francorum & Navarre Rex, Notum facimus universis præsentibus & futuris, quod cum vivente Domino charissimo genitore nostro, Beatrix Domina de Venisiaco, relicta Guillelmi de Joinvillâ Militis quondam, villam de Turniaco cum omnibus suis pertinentiis se tenere, ac prædecessores suos Dominos dictæ villæ perpetuè tenuisse de feodis Franciæ, & de ressorto Senonensis Baillivie, advoaret; & Præpositus noster de S.<sup>o</sup> Florentino, pro Nobis, ratione Comitatus nostri Campaniæ, se opponeret in prædictis, afferens ipsam villam cum suis pertinentiis, de feodis nostris Campaniæ & de ressorto Præposituræ S.<sup>o</sup> Florentini prædicti existere & antiquitus existisse: Nos oppositionem prædictam omnino tollentes, volumus & de speciali gratiâ concedimus per præsentes, quod villa de Turniaco prædicta, cum suis pertinentiis universis, de feodis nostris Franciæ & de ressorto Baillivie Senonensis deinceps perpetuè existat pacificè & quietè; salvo in aliis iure nostro, & in omnibus quolibet alieno. Quod ut firmum & stabile permaneat in futurum, sigillum quo uebamus amicquam ad Nos Regni Francorum regimen devenisset, fecimus præsentibus huius apori. Actum Parisus, anno Domini M.<sup>o</sup> CCC.<sup>o</sup> decimo quarto, mense Decembri.

N O T E.

(a) Trésor des Chartes, Registre L, Pièce 100. MSS. de Colbert, Vol. VIII, page 117  
 MSS. de M. Berin, Tome XIV, fol. 216 r<sup>e</sup>.

Louis X,  
 dit le Hutin,  
 à Vincennes,  
 en  
 Février 1314.

(a) Lettres de Louis X, par lesquelles il exerce le droit qu'il avoit de créer Monnoyer, à son avènement à la Couronne, un homme qui n'étoit pas fils de Monnoyer.

**LUDOVICUS**, Dei gratiâ Francorum & Navarre Rex: Notum facimus universis tam præsentibus quam futuris, quod cum Nos in jucundo adventu nostro post Regni suscepimus regimen, in monetarij ministerio unum Monetarium, licet Monetarij non existat filius, iure nostro Regio creare possumus. Nos eodem iure nostro nunc post suscepimus noviter Regni Franciæ regimine Nobis in hac parte competente, dilectum nostrum Johannem de Malorespectu civem Parisensem, Monetarium & Cufforem monetarum præsentium tenore insituimus & creamus, eidem & suis heredibus dictum Ministerium concedentes, volentesque & præcipientes expresse, quod idem Johannes & ejus heredes ac liberi, per totum Regnum nostrum ad cussionem monetarum perpetuè admittantur. Quod ut ratum & stabile perseveret, præsentes Litteras sigilli nostri, quo ante suscepimus Regni Franciæ regimen uebamus, fecimus impressione manu; nostro in aliis, alieno in omnibus iure salvo. Actum apud Vincennes, anno Domini M.<sup>o</sup> CCC.<sup>o</sup> quarto decimo, mense Februarii.

N O T E.

(a) Trésor des Chartes. MSS. de Colbert, Vol. VII, fol. 423 r<sup>e</sup>. MSS. de M. Berin, Tome XII, fol. 176 r<sup>e</sup>.

Nous n'avons fait imprimer ces Lettres que pour constater le droit qui en fait l'objet. Il y a plusieurs autres exemples de l'exercice de ce droit dans les Registres du Trésor des

Chartes. On trouve dans le Registre côté LVI, Pièce 11, des Lettres de Philippe V, datées du 3 Novembre 1316, en faveur de Guillaume de Gourdan, conformes à celles que nous donnons ici: mais nous avons cru inutile d'insérer dans ce Recueil toutes les Lettres de cette espèce.

(a) Lettres